

Sunt 1010 versus. Hinc inde additur glossa latina. — Cf. Hagen, Anecd. helv. p. LXI, LXVI.

P. 105—128: [*De creatione mundi.*]

«In principio creavit Deus Cælum et Terram.

Proh sitor in genvus fons finis utrimque uetustus . . .

Hostis et ignitas extinxerat illa sagittas.»

2257 versus. P. 128: [Manu s. XIV: „Istos versus compilavit Adam monachus huius loci.“]

„Scribere fert animi calamus modo scire volenti, — — —

Frigoris est sedes; nive resplendente videres

Phebum fuscari dint.“

21 versus de loco Einsidlensi ed. P. Odilo Ringholz in Werner II. in Studien u. Mitthlgen. des Bened.-Orden 1885. Bd. I. p. 340—341 et denuo Geschfrd. 43, 303. — Quatuor priores tantum versus editi in Chronique d'Einsidlen (1728) III. p. 19. Cf. Geschfr. 17, 80. — Morel, Gesch. üb. d. Schule. Jahresber. 1855. p. 11. — Landolt, Urspr. u. erste Gestalt. 95. — Leben d. h. Meinrad. 156.

Fol. primo non numerato, alias vacuo: Iste liber est Monasterii S. Mariæ de Heremitis et debet restitui fratri Heinricho de Ligertia Thesaurario eiusdem Monasterii. Et ipse debet restituere dominis de Salem unum novum librum qui intitulatur Miracula Ordinis.

Kath. Schweizerbl. N. F. II (1886) 393.

---

### 301. (Fol. Nr. 12.) **Boethii Peri hermeneias.**

S. X. Membr. 273×207. 240 pp. Quaterniones signati I—XV sed XIII<sup>us</sup> tantum sex folia habet, 2 exciderunt et ultimus quattuor, quia quattuor exciderunt, sicut et primum folium et multa in fine. Variæ manus. Lacunæ p. 118 et 155. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia maniculas etc. apposuit.

P. 1—240: *In librum Aristotelis de interpretatione Ll. VI. Editio secunda seu maior.* Deest initium, quia primum folium abscissum iam tempore H. de Ligertia. [«Alexander in commentariis suis hac se impulsus causa pronuntiat sumpsisse longissimum] expositionis laborum quod in multis ille . . . de contingenti et de possi [bili rationem esse.]]

Desinit abrupte. Deficit finis libri V<sup>i</sup> et liber VI. Ed. Migne P. l. 64, 393—599. D.

Folio 1 cæterum vacuo fragmentum lectionarii s. XI. Idem folio ultimo, quod non numeratur, in quo etiam manu Henrici de Ligertia figura capitis Christi et brevis notitia de placito Karoli IV anno 1336 in Nürnberg. Ed. Morel, Pertz, Archiv 8, 742. — Idem, E. Handschr. d. l. KV. 249. — Meier, H. v. Ligerz 60.

---

### 302. (Fol. Nr. 13.) **Wandelbertus, Boethius. (Aldhelmus, Arator) etc.**

S. X. Membr. 280×220. 144 pp. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ a. 1838. Nota in operculo dicit hunc codicem ita male ordinatum fuisse, ut necesse fuerit eum in meliorem ordinem redigere et denuo compingere.

Maniculæ H. de Ligertia 7, 9, 13, 113, 118.

I. P. 1—26: [*Fragmentum lectionarii?*] Sine signis quaternionum. P. 21—26 binæ columnæ. Mutilum initio [et fine?]